

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio
Missæ, ...

Bosco, Jean a

Lovanii, 1667

Concl. IV. Omnis Sacerdos bonus juxtra ac malus, schismaticus, hæreticus,
excommunicatus, suspensus aut degradatus valide consecrat & offert
Sacrificium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](#)

offerre non posint, nisi qui primâ diei parte convernint. Hactenus Pontifex.

Profectò qui audit Missam, non solum vult corporaliter videre, vel audire, ut patet in surdo & cæco; nec etiam vult tantum corporaliter adesse, quia potest sic adesse, & non audire. Vult ergo cum Sacerdote illud Sacrifictum offerre. Nec enim sufficit, quod Sacerdos velut pro me offerre, quoniam tamen si positivè me excluderet, adhuc verè audivissem Sacrum.

31. Quādam ratione omnibus fidelibus attribuitur denominatio offerentium, quatenus sunt membra Ecclesiæ, cuius nomine Sacerdos offert. Siquidem illa quoque Missa (in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat) verè communies censer debent; partim quod in eis populus spiritualiter communicet; partim vero quod à publico Ecclesiæ ministro non profestantur, sed pro omnibus fidelibus, qui ad Corpus Christi pertinent, celebrantur. Ita Tridentinum scilicet 22. cap. 6.

Planè conveniens erat, ut Sacrificium, ut-pote cultus publicus & solemnis, quodammodo naturalis, in omni lege ab omnibus posset offerri per se, vel per manus Sacerdotis, propriè vel impropriè; per se & propriè à Sacerdotibus, per manus autem Sacerdotis, & impropriè à laicis: hi enim nullam faciunt actionem Sacrificio essentiali, ut liquidò constat ex antedictis. Et alius sine causa Tridentinum scilicet 22. cap. 1. & alibi specialiter diceret Sacerdotes à Christo institutos ad sacrificandum sive offerendum, si æquè propriè laici offerrent.

Sed numquid omnis Sacerdos, bonus juxta ac malus, excommunicatus, præcisis &c. validè consecrat & offert?

CONCLVSION IV.

Omnis Sacerdos bonus juxta ac malus, schismaticus, hæreticus, excommunicatus, suspensus aut degradatus validè consecrat & offert Sacrificium.

32. Probarur Conclus. ex communis sensu Ecclesiæ, Scotus. cur ille qui ipsum Baptismum amittere non potest, ius dandi amittere posse (1. q. 1. cap. 97. quod desumptum est ex Divo Augustino lib. 2. contra Epistolam Parmeniani fundato in cap. 13.) Ergo à simili, qui Ordinem Sacerdotalem

E st communis sensus Ecclesiæ: nupsiā enim legitur aliquis Sacerdos veniens ab hæresi vel schismate, vel ob quodcumque aliud impedimentum fuisse reordinatus.

Probatur apud Scotum 4. dist. 13. q. 2. n. 2. Nulla ostenditur causa, cur ille qui ipsum Baptismum amittere non potest, ius dandi amittere posse (1. q. 1. cap. 97. quod desumptum est ex Divo Augustino lib. 2. contra Epistolam Parmeniani fundato in cap. 13.) Ergo à simili, qui Ordinem Sacerdotalem

amittere non potest, nec ius consciendi amittere indebet, sed nullus Sacerdos potest amittere potestatem sacerdotalem, quia character est indebet: ergo &c.

Sanè characterem Sacerdotii indebet esse, nimis aperte definiri Tridentinum scilicet 7. de Sacramentis in genere can. 9. Si quis dixerit in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, & Ordine non imprimi characterem in anima, hoc est, signum quoddam spirituale & indebet, unde ea sterari non possunt, anathema sit.

Et specialiter Sacerdotem non posse amittere suam potestatem clarissime docet scilicet 23. cap. 4. dicens: Quoniam verò in Sacramento Ordinis, sicut & in Baptismo, & in Confirmatione character imprimatur, qui nec deleri nec auferri potest: merito sancta Synodus dannas eorum sententiam, qui afferunt, novi Testamento Sacerdotes temporariam tantummodo potestatem habent & semel rite ordinatos, iterum laicos efforpant, si verbis Dei ministerium non exercant.

Hinc can. 4. Si quis dixerit, per sacram Ordinationem . . . non imprimi characterem, vel cum Sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse, anathema sit.

Quid ergo miramur, si quilibet Sacerdos semper validè consecret, supposita legi-mà materia & formâ ac debitâ intentione? Certe si hoc non posset, non esset Sacerdos, sed laicus: nam principali potest Sacerdotis, per quam à laico distinguuntur, est potestas consecrandi Corpus & Sanguinem Christi.

Si dixeris; poterit retinere potestatem ab objectu solvendi à peccatis, per quam sufficenter distinguuntur à laico. Respondeo, potestatem sicut in Corpus Christi mysticum, essentialiter presupponere potestatem in Corpus Christi verum, de quo suo loco.

Nec obstat, inquit Scotorus suprà n. 4. si in fieri possit degradato, quia fit non Sacerdos: si enim hoc verum est, non est instantia ista de aliquo Sacerdote: dictum tamen non esse verum, quia characterem non potest aliquis degradans delere. Nec conceditur, quod si quis potest ministerialiter aliquid conferre, quod sic potest ministerialiter auferre; quia Deus non sic eum instituit ministerium in amissionem, sicut in collatione.

Et tunc illa regula: Facilius est destruere, quam construere, non conceditur de ministerialiter agenie in Sacramentis. Pro qua adduci patet illud Pauli 2. Cor. cap. ultimo: Non dedit Deus no-^{2. Cor.} bis potestatem in destructionem, sed in edificationem. Hæc illæ.

Cui si rursus objicias: Degradatus non maneat Sacerdos; quia spoliatur privilegio Clericali, & traditur Curie seculari. Respondeo n. 5. Non est essentialis Ordini habere illud privilegium concomitans: quod satis persuaderet; quia illud privilegium videatur concessum ab Imperatore Confam-

Sect. 2. De Ministro Sacrif. nova Legis. Concl. 4. 411

Constantino: Ordo non. Aliquando etiam Sacerdos erat sine tali privilegio, scilicet ante concessionem.

Parum autem refert, an illa concessio primū facta fuerit à Constantino, an verò ante Constantinum ab ipsa Ecclesia, prout videatur colligi ex Epistola Alexandri primi ad omnes orthodoxos, Epistolā Gaij ad Felicem Episcopum, & Epistolā secundā Marcellini ad universos Episcopos Orientales. Primus sedit anno 109. alii duo tertio saeculo. Unde signanter dixit Scotus: Videatur concessum ab Imperatore Constantino; quia ipse primus Principum hoc privilegium admisit (ut aliquibus placet) in Concilio Niceno, quando pronuntiavit Episcopos à solo Deo judicandos. Sed de his alibi.

^{36.} Quod autem ibidem addi Doctor (ne faciat Juris, ut in margine dicitur) Si Papa emittit aliquem privilegii Ecclesiastico, commendans eum Curia seculari, iudex secularis est minister, vel executor iudicis Ecclesiastici: nullus autem alius à iudice Ecclesiastico potest eum committere iudicium seculari: ergo non est posibile, quod committatur sibi, nisi sicut ministro iudicis Ecclesiastici: & per consequens non spoliatus privilegio, quia dum manet prius legium, potest aliquis secularis in eum esse minister iudicis Ecclesiastici.

^{37.} Id, inquam, non videtur bene convenire cum eo, quod legimus in fine cap. Degradatio. 2. de Peccatis in 6. In ablatione ultimi (scribit Bonifacius VIII. Bitteren. Episcopo) quod in collatione Ordinum fuit primum, infra scripto, vel alio simili modo pronuntiaret sive dicat: Auctoritate Dei omnipotentis Patris, & Filii, & spiritus Sancti, ac nostræ, tibi auferimus habitum clericalem & deponimus, degradamus, spoliamus, & eximus te omni Ordine, Beneficio, & Privilegio Clericali. Numquid aliud Pontifex nuntiat, aliud Scotus clamat? An simul spoliari potest privilegio clericali, & non spoliari?

Quid ergo? Existimo planè Clericum per realem degradationem simpliciter spoliari & exi omni suo privilegio, idque in perpetuum absque ulla spe illius consequendi. Ita Doctores communiter. Nec Scotus contradicit, si vim rationis eius expendimus; nam quod dicit: Index secularis est minister vel executor iudicis Ecclesiastici, in rigore est falsum; & tantum verum, quatenus iudex secularis non potest Clericum punire, antequam à iudice Ecclesiastico fuerit ipsi commissus.

Cæterum commissione factâ iudex secularis eandem potestatem eodem modo exercet in illum Clericum, ac si Clericus non esset. Unde posset reum absolvere, posset condemnare ad mortem vel aliam poenam secundum mensuram delicti nullo habito respectu ad sententiam iudicis Ecclesiastici; adeoque non est merus executor seu minister instar Lictoris, qui suspendit furem ex commissione Magistratus, sed est verus principalis iudex.

Sicuti si Rex Hispaniæ aliquem ex suis subditis traderet Regi Franciæ pro qualitate delicti puniendum: quis diceret Regem Franciæ ^{38.} ut declaratur in similitudine solum esse ministrum & executorem sententia Regis Hispaniæ? Sic ergo Ecclesia, quæ per supremam suam potestatem Clericos emit à iudicio Regum & Principum saecularium, eosdem aliquando propter certa delicta iurisdictioni ipsorum restituit, ut liberè de talibus agant ac si numquam exempti fuissent.

Unde notat Bonacina disp. 4. de Degradatione n. 2. quod non omnis realiter degradatus tradendus sit brachio seculari (quidquid nonnulli contradicunt) cùm fieri possit, ut spoliatio privilegii Clericalis sit pœna proportionata delicto iam commisso. Pecet ergo rursus talis Clericus degradatus, quis prudenter timeat, ne iudex secularis ipsum possit punire, tamquam legitimus & proprius ejus Superior? Certè punire poterit eodem modo, quo potuissest antequam esset Clericus, vel antequam Clerici essent per Ecclesiam à iudicibus secularibus exempti.

Sed revertatur ad Conclusionem principalem, contra quam præterea objicitur de heretico, & schismatico, quod noni conficiat; Quia, inquit Scotus n. 6. Sacerdos non offert in persona propria, sed in persona Ecclesie, cuius est minister; hic tamen est precius ab ea. Probatur ambedens per hoc quod dicit Sacerdos, Offerimus tibi &c. non dicit, Offero.

Respondet Doctor: Quod oblatio non pertinet ad rationem consecrationis, nec necessario requiriatur, quod offeratur.

Contra; saltem oblatio pertinet ad rationem Sacrifício. Et ideo Scotus communiter citatur, quasi docuisset, hereticum, aut excommunicatum, estò validè consecret, nullatenus tamen sacrificare. Sed perperam; jam enim diffusus supra expendimus Doctorem Subtilem non constituisse essentialiter rationem Sacrifício novae Legis in oblatione vocali, antecedenter vel consequente consecrationem. Vide ibi dicta.

Atque ut verum esset, quod Adversarii Scoti falsò imponunt, scilicet Sacrificium non esse in consecratione, sed in vocali oblatione: ergo juxta Scotum hereticus non sacrificat; nego Consequentiam. Attende & appende: Esto etiam, inquit Doctor supra, quod verum sit, quod oportet quilibet conficiere in fide Ecclesie, bene potest non solum schismaticus, sed etiam hereticus, quod plus est: pons quod sit hereticus, potest circa Eucharistiam habere intentionem Ecclesie in confaciendo, & hanc intentionem in univerali, intendendo scilicet facere, quod Christus instituit faciendum, & quod Ecclesia facit, licet non intendat in speciali, quia credit Eucharistiam nihil valere. Ubi occurrit alteri objectione de intentione debita, de qua satis fusè egimus in disput. 1. de Sacramentis in genere.

Fff 2. Porro

^{Non omnis realiter degradatus tradendus est brachio seculari.}

^{39.} Obiectio contraria Conclusionem principalem. Scotus,

^{40.} Scotus nusquam docuit hereticum non sacrificare.

Probatur
ex ejus ver-
bis.

Hereticus
potest offer-
re nomine
Ecclesiæ,

Tridens.

41.
five ejus
vocetur
membrum,
five nou-

42.
Responde-
tur ad au-
toritates
Patrum.

Deus non
maledicit
hostia qua
offerunt à
malo Sacer-
dote,
Ut bene
Scotus,

Potrò impræsentiarum ex illis verbis sic ar-
gumentor: Ecclesia non minus prohibet ha-
retico, schismatico &c. confidere Sacramen-
tum, quām offerre Sacrificium: & tamen in
confidendo habet intentionem Ecclesiæ id est,
vult facere quod facit Ecclesia, & per conse-
quens Ecclesia vult facere quod ipse facit, est
prohibeat ipsi hoc facere: ergo similiter in
offerendo habebit intentionem Ecclesiæ, scilicet
offerre, quod Christus institutus offerendum,
& quod Ecclesia per suos ministros vult offer-
re: quid ni ergo offerat nomine Ecclesiæ?

Non quasi Ecclesia approbet in particulari
oblationem heretici, schismatici &c. suppo-
nitur enim Ecclesiæ prohibito; sed quoniam
oblatio ex se munda est, Quæ (ut docet Tri-
dentinum less. 22. cap. 1.) nullā indignitatē aut
malitiā offerentem inquinari potest. Et cūm alun-
de secundū Scotum Quodl. 20. n. 24. Sacri-
ficiū acceptetur ratione voluntatis Ecclesiæ
generalis, de qua superius actum fuit, nescio
quare Ecclesia, supposita malitiā hominum,
non vellit tribuere illi Sacrificio omnem ra-
tionem meriti, quam potest.

Dices; quia Sacerdos non est membrum
Ecclesiæ. Respondeo; pro majori parte est
quaestio de nomine. Enimverò quōd talis Sa-
cerdos sit plene subjectus jurisdictioni Eccle-
siæ, nemo dubitat; vocetur membrum, vel
non vocetur, parum refert ad hoc, ut Eccle-
siæ, si velit, possit per illum, tamquam suum
ministrum ratione characteris, offerre Sacri-
ficiū. Et quāvis id ipsi prohibeat, imò
ipsum incapacem reddit participationis fru-
ctū generalis cum ceteris membris Ecclesiæ
(ex quo sufficienter dicitur præfus) equi-
dem nihil oblat quōd minus Ecclesia possit
velle, imò de facto velit, ut fructus generalis
hujusmodi Sacrificiū obveniat ceteris mem-
bris, adeoque hujusmodi Sacrificium ceteris
membris valeat quantum valere possit.

Atque hæc occasione verborum Scoti, ex
quibus nihil certi habere possumus de ejus
mente circa effientiam Sacrificii, cūm de hac
expresè ibi non agat.

Ad alias auctoritates Patrum aut Pontif-
icum, qui dicunt consecrationes hereticorum,
schismatistarum &c. esse vanas & irritas; Re-
spondeo, tantum velle, quōd reprobent ab
Ecclesia, tamquam illicitæ & sacrilegæ; nisi
forte intelligentur de illis hereticis, vel schis-
maticis, qui non sunt legitimè consecrati.

Neque Deus maledicit propriè ipsi hostię,
qua sibi offertur à malo Sacerdote, sed ipsi
Sacerdoti, qui offerendo mortaliter peccat.

Ad primum, inquit Scotus 4. dist. 13. q. 2.
n. 19. potest exponi illa Glossa illius verbi Malachia
(2. v. 2. Maledicam benedictionibus vestris) Ma-
ledicam quidquid à vobis benedicitur, supple,
in quantum mali esis, quia mali in quantum hu-
ijsmodi adulando benedicunt malis, quibus Deus re-

raciter maledicit: sed in Eucharistia Sacerdos non
benedit in quantum malus; sed in quantum habet
in benedicendo & consecrando intentionem Ecclesiæ.

Unde p̄clarè Divus Augustinus lib. 2. contra Ep̄tolam Parmenianam cap. 13. Constat sanctitatem Sacramentorum in perversis & scel-
eratis hominibus, five in eis, qui int̄s sunt, five in
eis qui foris sunt, impollutam atque inviolabilem
permanere, & quia dicuntur ea mali polluire, quan-
tum in ipsis est dicuntur, cum illa impoluta perma-
neant. Plura ad hoc propositum vide disp. 1.
de Sacramentis in generi fact. 7. concil. 2.

Ergo, infert Scotus 4. dist. 13. q. 2. n. 2.
quincunque Sacerdos, quantumcumque malus potest
habere sanctitatem Sacramentorum eandem cum bo-
no: quidni etiam sanctitatem Sacrifici? Non
renuo, five dixeris Sacrificium consistere in
oblatione, five in consecratione, intelligendo
sanctitatem ex opere operato aut quāsi.

Si oblatio Sacramenti (inquit Scotus 4. d. 13. q. 2. n. 19.) in quantum oblatio sacramenti be-
at efficaciam pro illo, pro quo offerunt, necesse est
concedere, quōd oblatio facta à malo aqualem habet
efficaciam, sicut illa, quæ est facta à bono, sed si
multa alia concurrentia in Missa per modum orationis
multū faciant ad efficaciam Missæ (quod videtur
probabile, quia devotio in una alia oratione, non
multò minus diffat apud Deum à devotione, in qua-
busdam pertinentibus ad Missam, & devotio acci-
ptatur secundum meritum illius cuius est devotio) se-
quitur quod Missa melior erit melior, & tamen
Sacramentum utroque est aquale. Hæc ille.

A quo si queras, quid simpliciter tenendū
Respondet: Nullum bonum recompensa-
Deus secundum iustitiam retributivam (ergo loqui-
tur de sanctitate ex opere operantis) nisi pro-
pter aliquod meritum, cui correspondet illud bonum:
istud meritum, quod dicitur esse in celebratione Missæ,
ut Missa est, non potest esse meritum abstractum,
sicut idea Platoni: ergo oportet quod sit realiter al-
iquid meritum. Vt ergo totius Ecclesiæ, vel alicuius
membrī: non est autem totius Ecclesiæ, nisi quis
alicuius partis; non est autem partis mala & mortua
in toto, sicut esset partis viva, id est existente &
operante in charitate (quod requiritur ad sancti-
tatem ex opere operantis) ergo in Missa non est
tantum meritum cuiuscunq; quando est mali,
sicut quando est boni; & per consequens, Deus se-
condum iustitiam retributivam non habet alicuius in
Ecclesiæ, nec toti Ecclesiæ recompensare tantum ba-
num pro ista, sicut pro illa.

Cæterum cūm oblatio in Legi novâ, seu
consecratio non sit actus jurisdictionis respi-
cients subditos, sed tantum Ordinis religiosi
materiam consecrandam, quid mirum si Sa-
cerdos quantumcumque malus validè offerat
& consecret? Etenim, ut dictum est sopra,
character Ordinis numquam amittitur. Tunc
que (Baptismus & Ordinatio) Sacramentum est,
& quādam consecratione utrumque homini datur, i-
llud cūm baptizatur, istud cūm ordinatur, ideo;

in Ecclesia Catholica utrumque non licet iterari. Nam si quando ex ipsa parte venientes etiam Prepositi pro bono pacis correcte sebisimatis errore suscep-
tunt: & si visum est, opus esse, ut eadem officia gerent, que gerebant, non sunt rursus ordinandi: sed sicut Baptizim in iis, ita Ordinatio manu in te-
trova, quia in brachio fuerat vitium, ad uniuersi-
ministraret; & rationabiliter; quia quidquid sine peccato mortali potest dimitti, vitandum est, si ex exercitio eius oritur scandalum pusillorum: tale scandalum orinetur si notabiliter defecutus in natura-
bus, ut mutilati, vel horribili infirmitate insimuli, scandalum pusillorum.

Ideo Ecclesia rationabiliter talibus defectibus naturalibus adiunxit penas canonicas, scilicet prohibiciones ministrandi propter reverentiam sacramentis & ad vitandum scandalum pusillorum. Et iste prohibiciones patent in canone dist. 2. 3. Et exira de corpore vitiatis.

dist. 13. de veritate nostræ Conclusionis dicens: *Illi qui excommunicati sunt, vel de heresi manifeste notati, non videntur hoc Sacramentum (Eucharistiam intelligit) posse confidere, licet sacerdotes sint.*

Sed non est audiendus, ut manifestum arbitror ex jam dictis, si per *ly Passo confidere*, intelligentiam confectionem validam; secus si licitam tantum. Constat profecto nimis multa requiri ad confectionem licitam, que non sunt necessaria ad consecrationem validam.

Rogas, quenam illa fint? Respondeo cum
Scoto suprā n. 7. Omnia passim reduci ad tria,
quocundo de illis, quo non reguruntur ad simpliciter
posse: quia vel ista requiruntur ex parte Ministeri,
vel loci, vel temporis Ex parte ministri
ant in duplice differentia; quedam sunt amotiones
impedimentorum & quedam appositiones convenien-
tum seu idoneorum.

Porrò impedimenta sunt, vel culpa tantum, vel poena tantum, vel nec culpa, nec poena. De impedimento culpæ, quomodo scilicet existens in peccato mortali non potest ordinare confidere, dictum est disp. 1. de Sacramentis in genere sect. 7. conclus. 11. de impedimento item quod nec est culpa, nec poena, scilicet cum quis non est jejunus jenunio naturæ, sumus disp. 4. sect. 11. conclus. 2. & sequentes.

Restat ergo hic præcisè videre de impedimento, quod est poena canonica quæ secundum dictum, est aliqua prohibito actus exercendi, vel gratia recipiendi qui alias competenter non prohibito. Huiusmodi autem poena (prosequitur Doctor) multe et non fundate sive aliquam penam vel defectum statutalem ut degradatio, irregularitas, excommunicatione maior, suspensio ab executione eorum, quæ sunt simonias, simonia, infamia, & quedam alia huiusmodi et illa reducibilita, ut sub infamia potest contineri publicum peccatorum, quod continet multa, scilicet publicum fornicarum, publicum usurarium & usi modi.

Aliqua autem penes canonicos fundantur super de-
cuss naturales: non enim voluit Ecclesia quascum-
que personas defecas ministrare in altari: & me-
to, quia in veteri Lege Levit. 21. ponitur lex
mim, qui habuerit maculam, quod non efficeret
eo su panem, nec accedat ad ministerium eius.

Concludit Scotus suprā n. 8. Requiritur ergo in ordinatae confidencie (Euchatistis) ablatio omnium horum impedimentorum: quia habens quocumque isborum si conficit, facit contra prohibitionem Ecclesie. Et per confeccōnēs non ordinatae

Secundum requisitum ex parte ministri (prose-
quitur Doctor n. 9.) est appositum convenientium,
scilicet ornamentorum, ut habeatur de Consec. dist. I.
cap. Vestimenta. dicitur ibi quid vestimenta Ecclesie
quibus Deo ministratur, debent esse sacra, & ho-
nesta, quibus in aliis usibus non debent uti, quam in
Ecclesiasticis, & Deo dicens officiis.

Orae autem sunt hec indumenta exponit Inve. Orae sint

*Quae imm
centia de Officio Missa parte 1. cap. 10. Sunt, in
quit, sex indumenta communia Episcopis, & Pres-
byteris, scilicet amictus, alba, cingulum, stola,
manipulus, & planeta. Sed de his plura in se-
quentibus, ubi de celebratione Missæ; prout
etiam de requisitis ex parte loci vel tempo-
ris.*

CONCLUSIO V

Semper validè , sàpè etiam licitè ,
plures Sacerdotes simul conse-
crant eandem hostiam.

DE prima parte vide dicta disp. 2 de Baptis-
mo scđ. 5. concl. 5. Nam quod attinet ad
valorē Sacramenti, quæ plurium simul eundem
baptizantium, eadem est ratio plurium simul
consecrantium eandem hostiam; quippe cur mi-
nus valeat plurium consecratio, quando simul
absolvunt verba consecrationis, quam plurium
baptizatio quando simul absolvunt materiam
& formam Baptismi? Certè nulla est ratio di-
sparitatis.

Sed quoniam rarissimè evenit, plures simul absolvere verba consecrationis, ideo vix unquam validè plures simul conferant eandem hostiam. Unde quando dicit Conclusio: *Seper valide*, intellige quando simul eodem tempore, vel instanti temporis absolvunt verba consecrationis.

*simil ab-
lwant ver-
conse-
ationis;*

49.

卷之三